

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Iurid. Lipsiensis Ordinarii
Tractatio Synoptica Institutionum Iuris Iustinianearum
Theoretico-Practica**

Mencke, Lüder

Lipsiae, MDCCXXXV

VD18 11839880

Tit. III. De Servitutibus Rusticorum & Urbanorum Praediorum.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18253

numerantur, l. 15. ff. d. R. J. (b) atque ob Naturam *Subjecti Inhaesionis* Servitutes, Jurisdictiones, immobilibus accensentur. a. l. 12. C. d. *praescr. long. temp.*

TIT. III.

De Servitutibus Rusticorum & Urbanorum Prædiorum.

De servitutibus rusticis.

Ex Ulp. l. 1. pr. ff. & Paul. l. 7. ff. pr. d. Serv. Præd. rust. **R**USTICORUM prædiorum jura sunt hæc: Iter, *Actus*, via, aquæductus. *Iter* est jus eundi ambulandi hominis, non etiam jumentum agendi vel vehiculum. *Actus* est jus agendi jumentum, vel vehiculum. Itaque qui habet iter, actum non habet: sed qui actum habet, & iter habet, eoque uti potest etiam sine jumento. *Via* est jus eundi & agendi & ambulandi. Nam & iter & actum via in se continet. *Aquæductus* est jus aquæ ducendæ per fundum alienum.

De servitutibus urbanis.

Ex Cajo l. 2. ff. eod. 1. Prædiorum urbanorum servitutes sunt, quæ ædificiis inhærent: ideo urbanorum prædiorum dictæ, quoniam ædificia omnia, urbana prædia appellamus, etsi in villa ædificata sunt. Item urbanorum prædiorum servitutes sunt hæc: ut vicinus onera vicini sustineat: ut in parietem ejus liceat vicino tignum immittere: ut stillicidium, vel flumen recipiat quis in ædes suas, vel in aream, vel in cloacam, vel non recipiat: & ne altius quis tollat ædes suas, ne luminibus vicini officiat.

De reliquis servitutibus rusticis.

Ex Ulp. l. 2. Inter rusticorum prædiorum servitutes qui-

(b) *Is quis habet Actionem ad Rem petendam, ipsam Rem habere videtur. L. 15. ff. d. R. J.*

dam

dam computari recte putant aquæ haustum, pecoris ad aquam adpulsam, jus pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ.

l. 9. §. 1. ff.
d. Serv.
Præd. rust.

Qui servitutem acquirere possint.

3. Ideo autem hæ servitutes prædiorum appellantur, quoniam sine prædiis constitui non possunt. Nemo enim potest servitutem acquirere urbani vel rustici prædii, nisi qui prædium habet.

Ex eod. l.
l. 1. §. ff.
commun.
Prædior.
&c.

Quibus modis servitus constituatur.

4. Si quis velit vicino aliquod jus constituere, pactionibus atque stipulationibus id efficere debet. Potest etiam testamento quis heredem suum damnare, ne altius tollat ædes suas, ne luminibus ædium vicini officiat: vel ut patiatur eum tignum in parietem immittere, vel stillicidium habere; vel ut patiatur eum per fundum ire, agere, aquamve ex eo ducere.

Ex Caj. l.
16. ff. eod.

I.

Servitus est Jus in Re aliena alteri constitutum, vi cuius ejusdem Dominus in alterius Utilitatem aliquid tenetur pati vel non facere.
a. L. 15. §. 1. ff. d. servit. (a) Eaque dividitur in realem & personalem. Realis Rei debetur, a. l. 4. ff. d. serv. Præd. rust. & dispescitur Ratione Prædii dominantis a. l. 10. ff. d. Stat. hom. (b) in rusticam & urbanam. Rustica est, quæ plerumque debetur Prædio Usus rusticum præstanti. fac.

(a) Servitutum non ea Natura est, ut aliquid faciat quis, sed ut aliquid patiatur vel non faciat. L. 15. §. 1. ff. d. servit.

(b) Prædium quod Usui rustico servit, rusticum, quod Usui urbano servit, urbanum censetur. a. L. 198. ff. d. V. S.

l. 16.

l. 16. C. d. præd. & al. reb. min. j. L. 198. ff. d. V. S. (c)
 Talis est *Servitus* (1) *Itineris*, der *Durchgang* oder
Fußsteig, quæ est *Jus eundi ambulandi* Homi-
 nis per Vicini Prædium. PR. J. b. j. l. 12. ff. d. S. P. R.
 Pr. I. h. Hujus *Latitudo* *Jure Saxonico* est 3. *Pedum*.
Weichbild, art. 129. (2) *Actus*, das *Treiben*, quæ
 est *Jus agendi Jumentum*, (item quodvis *Pecus*,
 a. l. 12. ff. d. S. P. R. j. l. 21. ff. d. R. J.) (d) vel *Vehicu-
 lum* per Prædium vicinum. PR. J. b. *Jure Saxo-
 nico* per *Agrum incultum* ducere *Vehiculum* est
 permissum. *IK*. l. 2. a. 47. *Actus* *Iter* materialiter,
 s. quoad *Utilitatem*, continet; Pr. J. b. j. L. 21.
 ff. d. R. J. (e) nisi aliud actum sit. a. l. 4. §. 1. ff. d. *servit.*
 Constitui enim potest *Actus* vel *plenus* vel *minus plenus*, etiam *die* *blasse* *Durch-
 triff* vel *Durchfahrt*. a. l. 13. ff. d. *servit. ceu pron.*
 F. J. L. *Mens. Aug.* 701. (3) *Via*, der *Fahr. Weg*,
 quæ est *Jus eundi, agendi, ambulandi* Homi-
 nis, *Lapidem & Tignum trahendi*, *Hastamque*
erectam ferendi. PR. J. b. j. l. 1. l. 7. ff. d. S. P. R.
 Hæc *Iter* *Actumque* materialiter, s. quoad *Utili-
 tatem*, complectitur, d. l. 1. etiam *hodie*. *Via*
Latitudo est in *porrectum* 8, j. *Weichb.* art. 129.
 in *anfractum* 16. *Pedum*. l. 8. ff. d. S. P. R. Quo-
 modo *Vehicula* *obvia* sibi *invicem* in *Via* *publi-
 ca* *cedere* debeant, a. *IK*. l. 2. a. 59. videatur in
 (c) *Apotiore fit Denominatio*. a. L. 10. ff. d. *Stat. hom.*
 (d) *Non debet cui plus licet, quod minus est non licere.*
 L. 21. ff. d. R. J.
 (e) *Ad Constitutionem Servitutis realis duo prædia di-
 versorum Dominorum, Ratione Utilitatis vicina, re-
 quiruntur.* a. l. 7. §. 1. ff. *commun. Præd.* j. §. III. J. b.
 Tract.

*Tract. mea Syn. Pand. t. ne quid in loc. publ. p. 548. in Tab. (4) Aquæ ductus, die Wasser-leitung, quæ est Jus Aquam ducendi per Prædium vicinum. PR. J. b. (5) Aquæ haustus, die Wasserschöpfungs-Gerechtigkeit, quæ est Jus hauriendi Aquam ex alieno Prædio. a. §. II. J. b. l. 9 ff. d. S. P. R. (6) Pecoris ad Aquam Appulsus, die Vieh-Träncke, quæ est Jus appellandi Pecus ad Fontem vel Aquam Vicini, ut ex ea bibat. §. II. J. b. j. l. 1. §. 1. ff. d. S. P. R. (7) Pascendi, die Triffe-Gerechtigkeit, Hut und Wende, quæ est Jus pascendi Pecus nostri Prædii in vicino Prædio. §. II. J. b. j. l. 3. ff. d. S. P. R. P. 2. C. El. 41. Huic affinis est *Servitus Compascui*, die Koppel-Wende, Vi cuius Vicinus pati tenetur, ut in ipsius Prædio nostrum Pecus una cum ipsius Pecore pascatur. Ab hoc diversum est *Compascuum Jure Familiaritatis concessum*, cum, *Precarii reciproci* instar, pro Arbitrio ab uno revocari nec præscribi queat. a. l. 2. C. d. præscr. 39. l. 40. ann. l. 1. §. 19. ff. d. aqu. quot. & astiv. (8) *Calcis coquendæ*, qua pati tenetur Vicinus, ut in ipsius Prædio Calx coquatur ad nostri Prædii Utilitatem. §. II. J. b. l. 5. §. 1. ff. d. S. P. R. (9) *Arenæ fodiendæ*, qua pati tenetur Vicinus, ut in ipsius Prædio Arena fodiatur ad nostri Prædii Utilitatem. §. II. J. b. j. l. 1. ff. d. S. P. R.*

II. *Servitus urbana* est, quæ plerumque debetur Prædio *urbanum Usum* præstanti; ut *Ædificio habitandi* *Causa* constituto. §. I. J. b. j. L. 198. §. 1. l. h. ff. d. V. S. Qualis est *Servitus affirmativa in patiendo* consistens; ut (1) *Oneris ferendi*, die
Bürde

Bürde oder Lasttragung des Gebäudes, quæ est Jus, quo *pati* tenetur Vicinus, ut ipsius Paries vel Columna Onus Vicini Ædificii sustineat. §. I. f. b. In hac Servitute Prædii servientis Dominus est obstrictus ad conservandam Servitutem per Refectionem Parietis &c. l. 33. ff. d. S. P. U. conf. resp. F. J. L. Mens. Jun. 704. (2) **Tigni immittendi**, das **Tram-Recht**, quæ est Jus, quo *pati* tenetur Vicinus, ut Trabs vel simile quid immittatur in ipsius Parietem, quo illic requiescat. §. I. f. b. l. 242. §. 1. ff. d. V. S. (3) **Stillicidii avertendi**, das **Trauff-Recht**, quæ est Jus, quo *pati* tenetur Vicinus, ut nostrum Stillicidium in ipsius Tectum, Aream, similemve Locum avertamus. §. I. f. b. a. l. 20. ff. d. S. P. U. (4) **Fluminis avertendi**, der **Wasser-Lauff**, quæ est Jus quo *pati* tenetur Vicinus, ut Aqua nostra collecta in ipsius Prædium per Canalem, Tubum, vel Alveum derivetur. §. I. f. b. a. l. 20. ff. d. S. P. U. (5) **Altius tollendi**, quæ est Jus, quo *pati* tenetur Vicinus, ut nostrum Ædificium altius tollamus in nostri Prædii Utilitatem; l. 7. §. 1. ff. comm. præd. Itaque contra ædificando similive Ratione id impedire nequit. l. 10. ff. d. S. P. U.

III. *Servitus urbana negativa in non faciendo* consistens est (1) **Stillicidii non avertendi**, quæ est Jus, quo *prohibetur* Vicinus Stillicidium in Aream nostram cadens avertere, sive ad se recipere. §. I. f. b. (2) **Fluminis non avertendi**, quæ est Jus, quo *prohibetur* Vicinus Aquam suam collectam, & per Canalem, Tubum & Alveum
in

in nostrum Prædium derivatam avertere, sive ad
ferecipere. §. I. *J. b.* (3) *Altius non tollendi*,
quæ est Jus, quo prohibetur Vicinus Ædificium
suum altius tollere. §. I. *J. b. l. 7. §. 1. ff. commun.
præd.* (4) *Ne luminibus officiatur*, quæ est Jus,
quo prohibetur Vicinus quævis Lumina nostra-
rum Ædium reddere deteriora. §. I. *J. b. l. 4. l. 15.
l. 16. ff. d. S. P. U. j. l. 33. ff. eod.*

IV. *Servitus realis requirit duo Prædia* 1) *di-*
versorum Dominorum. §. III. *J. b. j. l. 26. ff. d. S. U. §. 3. I. h.
P.* 2) *Vicina Ratione Utilitatis* dominantis Præ-
dio conciliandæ. *L. 7. §. 1. ff. commun. præd.*

V. *Servitus realis constituitur Voluntate Domi-*
ni vel expressa vel tacita. *Expressa* vel *inter*
Vivos, *Pactis & Stipulationibus*, §. IV. *J. b. j. l. 136. §. 4. I. h.
§. 1. ff. d. V. O. accedente quali Traditione. l. f. ff. d.
servit. j. L. 20. C. de pact. (f)* vel *ultima Volunta-*
te, hac *Servitus nostra realis constituitur ipso*
Jure; *d. §. j. l. 19 §. 1 ff. quemadm. serv. am. Tacita*
Voluntate: ut *Præscriptione*, *Jure Civili* lon-
gi *Temporis*, 10. *Ann.* inter præsentis, 20. inter
absentes: *l. f. C. d. præscr. long. temp. Jure Saxo-*
nico 31. *Ann.* 6. *Sept.* & 3. *D. a. §. 1. l. 1. a. 29.*

TIT. IV.

De Usufructu.

Definitio.

USUFRUCTUS est jus alienis rebus utendi *Ex Paulo*
fruendi, salva rerum substantia. Est autem *l. 1. §. Celsi*
l. 2. ff. b. t.

(f) *Traditionibus & Usucapionibus Jura in Re, non*
nudis Pactis, transferuntur. a. L. 20. C. d. pact.

L

jus